





Cimelia





245











F
N
C

140



P A N E G Y R I C V S

N V P T I A R V M I I O A N N I S
C H R I S T O P H O R I T A R N O V I I
C O M I T I S , A S T A N I S L A O
O R I C H O V I O R O X O
L A N O S C R I P T V S .

(*)



Cim. 6, 245

245. 245

IN ARMA MA

GNIFICI DOMINI, DOMINI

11 Ioannis de Oieſſyno. R. P. Cancellarij.

Cracco. Capitani. &c.



Cim. 245

Duxeris haud alias laudati Principis artes,
Quam quibus, ingenuus rite paratur honor.
Ocia si foueat, strictos repente per enses,
Iam ueri titulum Principis ille tenet.

A.
NI

MAGNIFICO ET

CLARISSIMO VIRO D. IOANNI

Ocieski Regni Poloniae Cancellas

rio, & Capiteo Cracouienē ge-

nerali, tum Sandecensi, Olstineñ.

Osviecineñ, ac Zatorieñ præfes-

to, literarū ac literatorū pa-

trono. Stanislaus Oricho-

uius Roxolanus.

S. P. D.

Disertissime Lechij nepotum

Quot sunt, quotq; suere Iane Ociesci ?

Quotq; post alijs erunt in annis.

074

Libet enim versibus eisdem mi-
hi affarite, quibus affatur ille
Catullus poeta vetus, Marcū Tula-
lium Ciceronem, Romanum ora-
torem, cui tu in Polonia cum præ-
bueris os, dicendo non dissimile, tā
videntur te isti nunc decere versus,
quā m decuerant olim, illum sum-
mum oratorē M. Tulliū. Cum em̄

A ij in cans

in cancellariatus amplissimo mune-
re magnis viris successisses, quod qui-
dem incredibile fore aliquñ in Polo-
nia videbatur: non adæquasti solū,
sed etiam vicisti superiorum gloriā,
ac Petrum quidem Tomiciū, diuini-
num illum, & singularē virum: pru-
dētia iuris superasse videbatur: Ioā-
nes Choiennius. Cui in cancellari-
atu succedens apicem imposuisse
ferebatur, huic vero muneri, eloquē-
tiæ laude Samuel Macieiouius, ita
vt ad summū omnis cancellariatus
laus perducta esse iam ab illis viris
videretur, nulla spe cuiq̃ imitandi
in posterū relicta. Verum enim ve-
ro mortuo Samuele Macieioiio tu
Cancellarius ab optimo, & sapien-
tissimo. S. Augusto rege factus,
nescio quomodo, quasi alter Her-
cules Gallicus, retraxisti nos vi inge-
nij, & eloquij tui ab admiratione su-
periorum:

superiorū: & animos hominum ad
te dicendi nouitate conuertisti, effe-
cistiq; vt aliqñ in Polonia oratorē
lingua patria audiremus, quē cum
summīs Grecorū atq; latinorū ora-
toribus iure, ac merito cōferre pos-
semus. Quis enim te aliquando vel
pro Rege ad populum cōcionantē:
vel in senatu de Repub. sententiā di-
centē vnq̄ audiuit, quin doctior, his-
larior, atq; cōmotior abs te abiret?
quāuis quo id in se efficeretur nō
intelligeret. Quod tu tamen exquisi-
simo, & minime vulgari oratiōis ge-
nere, & ante te Polonicis auribus in-
audito apud nos assequeris. In quo
& philosophorū grauitas: ac iuris
cōsultorum prudentia: & historico-
rum fides elucet maxime. Iam illa,
quæ sunt oratoris propria, quanta
tandē in te sunt: nunc breuiter argu-
teq; dicere: nūc vberiore oratiōe la-

xare auditoru manimos: nūc, vt res
postulat, in partē quam velis ho-
minum sensus inflectere. Itaq; istis
virtutibus impulsī sunt qui dicant,
te cum natura, atq; volūtate, tū mo-
tu ipso animi Marco Tullio q̄ si-
millimū in Polonia oratorē videri.
Quorū ego iudicio permotus, quod
habeā apud me nonnullas tuas cō-
siones, ex quibus de illorum opini-
one coniectura iudico, adscribo
ad illorū de te iudicium, meā quoq;
sententiā, & ita plane statuo, te in Po-
lonia eum oratorem esse, qui perfec-
te eloquentiæ nomen solus apud
nos possis sustinere. Et quoniam ta-
le meum de te iudiciū est. Mitto ad
te Panegyricum, quem de nuptiis
Ioānis Christophori Tarnouñ Co-
mitis scripsi: vt tu cum omnia quæ
voles, dicendo efficias, de hoc etiam
conatu nostro, sententiā feras: satis
ne videlis

ne videlicet idonei tibi videamur esse, qui in hoc ocio, & in hac vita rustica clarorum virorum laudes celebremus.

Ac scripsimus quidem nos diuo Sigismundo Regi orationem illam funebrem: quæ non facultate nostra: sed dignitate illius summi regis freta totam fere Europam iam peragrauit. Panegyricum etiam optimi, & clementissimi Sigismundi Augusti Regis, pingui licet, sed tamen non inuita, ut videtur, minerua nuper cecinimus. Cui addidimus has quoque celeberrimas Ioannis Christophori Tarnouii nuptias, quas tibi dedico vel ob id maxime, ut tu de toto hoc meo cuiusque modi est studio iudices. Cuiusque sit apud me ratio, quesumus, paucis cognosce. Ego, Ioanes Ociesci, vitam hanc rusticam sum secutus earum arcium amore captus, quæ remotæ sunt ab aula,

aula, atq; foro, quarū omnis ratio
cum in excolenda virtute sit occu-
pata, deberi hoc a me patriæ puta-
bā, vt illius ingenium latinis literis
quantū possem, in agris degēs, illu-
strarē alienū enim mihi maiestate
Polonici nomis, ac generis esse vide-
batur, Poloniā humanissimā & om-
niū virtutum exemplis refertissimā
gentē, inter gentes barbaras a doctis-
simis hōinibus existimari. Quare
hac turpi fama impulsus, & illas
funebres orationes, & hos panegy-
ricos scripsi, vt hominū illustriū lau-
dibus, turpem hanc patrię nostrę
notam apud omnes deprecarer: cui
ad summū ingenium, summāq; hu-
manitatē, tum etiam ad bellicā glo-
riam nihil prorsus deesse videretur.
Atqui in Regibus quidē nostris quā-
tū regium sit decus, ostensū ni fal-
lor, in alijs scriptis nostris est. Nūc
quanta

quāta in ipsius regni familijs priua-
tim sit dignitas, quæ vitæ, quæ gloriæ
splendor, id ex vna Tarnouia domo
ad exemplū proponere mihi libuit.
quæ cū omnibus excellat laudibus,
vel hec sola exteris doctissimis hōi-
nibus documento sit, Poloniā vni-
uersam nihil distare ab alijs huma-
nissimis aliarū gentium prouincijs
victu, atq; cultu. Iam vero ipsarum
fœminarū virtus, q̄ ex altera parte
virorū in Polonia virtuti respon-
deat, id quoq; ex vna muliere, An-
na Masouia duce, sanctissima & in-
tegerrima fœmina, hac in Panegyri
ponitur ob oculos, quam nuper la-
rossauia, gentis Tarnouia oppido,
cum supremo eius die pro concione
laudaret vir bonus, & doctus Be-
nedictus Cosminus, gratias Deo
opt: max: egit, qd̄ eam mulierē in
Polonia nasci potissimū voluerit, in

B

qua om̄s

qua omnibus virginibus, matronis
ac viduis ad imitandum propositū
esset exemplar, de qua ego clarissī-
ma, sanctissimaq; scēmina, quæ illa
viua ab hinc biennium scripseram,
ea nunc post illius fata edo, nemo e-
rit spero, tam inuido animo, tamq;
inhumano, qui putet hoc Panegyri-
co me illi mulieri blandiri mortuæ,
nam preclare scriptum est illud à
bono poeta.

*Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit,
Tunc suus ex merito quemq; tuctur honos.*

Et quoniā cum illius mulieris lau-
de vera, laus Tarnouix domus cō-
iungitur, hac quoq; in parte vel te
ipso teste suspicionē adulationis nō
metuam, quē minime omniū testē
esse impudentiæ meæ vellem, nā ea
quæ à me in laudibus Tarnouix
gentis ponuntur, exploratiora sunt
tibi, quàm mihi, qui & in ea familia
propemo-

propemodum adoleuisti : & cum
Tarnouijs amplissimos magistra-
tus in Polonia gefisti, nobis uero de
excellenti Tarnouiorum genere tā-
tum existimare licuit, quantū existi-
mare licet priuato homini ea, quæ
ex longo interuallo cernuntur. Nec
uero domestico tantum tuo testi-
monio nititur hæc Panegyris nos-
tra : sed externorū etiam doctissi-
morum hominum scriptis, atq; mo-
nimentis, ut Pauli Iouij Nucerini
Episcopi, ut Bonfinij Itali, qui
res Vngaras, à prima origine doctis-
sime persecutus est, hi duo excellen-
tes in historia scribenda; atq; prin-
cipes uiri, non solum tempora nos-
tra, sed etiam scripta sua exemplis
Tarnouix gentis ornari à se uole-
bant. Quapropter quoniam hæc
Panegyris nostra laudes continet
partim hominū mortuorū, qui sine

nam sup

B ij adula-

adulationis suspicione laudantur: & partim vero viuorum, qui & domestico, & externo testimonio exacta etate, cum virtute ad metam vitę iã peruenerunt, quis est tam auersus à vero, qui hæc quę à nobis laudantur reprehendere potius, q̄ exemplar ad vsum vitę ex hñs velit sibi sumere? & ex particula parua vnius familię, de vniuersa Polonia iudicare? quàm diues illa viris, q̄ laudis abundans, & quàm in omni virtutis genere sit excellens.

Et quoniam hunc cursum vitę sequimur, vt in priuata vita illas putem esse opes maximas, nempe scribere candidè, & existimare de virtute meorum ciuiũ incorrupte, ideo petam ab omnibus qui hæc legent, ne quid datũ esse auribus eius iusq; in hac Panegyrià me arbitrentur, neq; me hæc scripsisse existimēt, quo mihi

quò mihi ex cuiusq; amplitudine, & copia, aut præsidia, aut adiumenta vitæ eblandiar, nam ego.

*Pauperiem, modico contentus, semper amavi.
Et iterum Dominus, nil cupiendo, fui.*

Itaq; hac Panegyri priuatorū hominum laudes, non ad priuatam alicuius ambitionem: sed ad publicam patriæ meæ gloriam refero.

Ea est enim demum vera, & incorrupta priuatorum hominum laus, quæ ad publicam maiestatem redundat. Accipies ergo IOANNES Ociesci munusculū hoc ab oratore Roxolano, minime leuidēse illud certe quidem, si res ipsas, & personas, & exēpla singularia, quæ in hac Panegyri proponuntur, consideres. Nam de facultate oratiōis tantum statues, quantum voles, illud autem velle debbis, vt intelli-

B in gas

gas hæc scripsisse hominem Sarmas
tam, qui primas literas latinas Pre-
missæ in Russia, nõ Romæ in Ita-
lia, Græcas autem Vitembergæ in
Germania, non Athenis in Græcia
didicerit, quod vbi cum animo tuo
statueris, equo placatusq; hæc Pane-
gyrim leges: ac lectam, non ad
tuam illam diuinam dicendi copiã:
sed ad meam hanc Sarmaticã ino-
piam referes, deniq; literas nostras
Musasq; rusticas dignas esse
patrocinio tuo statues.

Sed iam Panegyrim
ipsam aliquando
audiamus.




WILLIAM A. ILLI

ILLI AS MAGNIFICI

ILLI AS MAGNIFICI

ILLI AS MAGNIFICI



ILLI AS MAGNIFICI
ILLI AS MAGNIFICI
ILLI AS MAGNIFICI
ILLI AS MAGNIFICI
ILLI AS MAGNIFICI

IN ARMA ILLV^s

STRIS AC MAGNIFICI

Domini, Domini IOANNIS Christo-
phori Comitis Tarnouien^s &c.



*Dum sua crescendo reparabit cornua Phæbe,
Quo tenues iterum seruet & auget opes.
Incolumis, stabit longo, domus ista sub eus.
Indocilis cartem, duraq; facta pati.
Vtq; solet Stella, tenebris fulgere coactis,
Sic toto nomen, sparget in orbe, suum.*

72
PANEGYRICVS

NUPTIARVM IOANNIS

Christophori Tarnouñ Comitis, à

STANISLAO ORICHOVIO

Roxolano scriptus.



NON Vereor Poloni,
ne molestiæ vobis plus,
quàm voluptatis affe-
rant en alteri nostri Pa-
negyrici, pximi enim
sunt honore prioribus illis, quibus
Augusti Regis Poloniæ nuper vo-
bis cecinimus nuptias, quibus in
Sarmatia nec magnificentius, nec
celeberius, nec latius quicquã eue-
nire potuit. Quæ cum fuerint di-
gnæ Poloniæ Regno, dignæ regio ho-
nore, dignæ Augusti Regis thalas-
mo, his tamẽ Ioãnis Christophori
Tarnouñ nuptiis ita partes post se
reliquerunt secundas, vt quantũ

C

illæ maiora

Illæ maiestate : tantum istæ honore
cæteris nuptiis antecedât, neq; em̄
Regi honoris expertes sunt hæc q̄q;
nuptiæ, neq; priuatorū hominū lau-
dibus continētur, sed vetusto à san-
guine regum ducuntur, &, quod in-
credibile fortasse alicui videatur im-
perito: multorum Regum, atq; im-
peratorū cognationibus decoran-
tur. Quamobrē affero ad vos alte-
rū hunc panegyricum honore res-
gium : dignitate conspicuū: audis-
tu iucundū: quem vos, vti veris lau-
dibus mirabilē, fauentes audire æ-
quū est, audietis em̄ veterum Polo-
niæ Regū nomen, & genus. Tum
summorū virorū laudes, quorū vir-
tute ad hanc diē stetit Polona res, de-
niq; celeberrimas nuptias, & omni
apparatu instructissimas, ornatissi-
masq; cognoscetis, postremo ad be-
ne, beatq; viuendum præcepta, at-
q; eximis

40
q̄ exempla proposita discetis.
Quæ ut exequar, vnde potius prin-
cipium dicendi sumā, quā ab ip-
so Ioanne Tarnouio sponsi patre
cuius pro amplissimis in patriā me-
ritis Ioanni Christophoro eius filio
eam Deus vxorem dedit, quæ Ma-
souiæ Ducum orta gente, per Annā
matrē, Conradi filiā, ad Pias-
tū antiquissimum Polonorum Regem
suum genus referat.

Huic Pias-
to priuato, & ut proditū
est, colono, ab hinc annis plus mil-
le, cum is apud Crusuiciū vicum
in Polonia agrū coleret, regnum à
Polonis fuerat vltro delatum, qui
propter summā innocentiā, & ius-
ticiā laudē, quasi alter Quincius
Romanus, ab aratro ad Rempub-
licam accersitus, talē se regē præbuit, vt
non solum ipse gloriosissime regna-
ret, sed etiam suis posteris summū

Cij gratia,

gratiz, & beneuolencię locū apud
Polonos moriens relinqueret, Itaq̃
multis ſeculis huius Piaſti nepotes,
uſq̃ ad Ludouicum Vngarię & Po
lonię Regem, in Polonia continen
ter regnarunt, quibus ſucceſſit cla
riſſima Jagellana domus, quę ex
Lithuania à maioribus noſtris ac
ceſſita, in Polonia nunc potitur re
rum.

Cæterū ex eodē Piaſto, quaſi ex
aliquo vberriſimo virtutis, & glorię
fonte, pfluſerūt ad hominū vitam,
non ſolum Reges illi Poloni, quos
dixi, ſed ipſi etiam principes Sileſię,
atq̃ Maſouię duces, qui longa tē
porū ſerie uſq̃ ad Annam hęc Cō
radi Ducis filiā princ' patū in Ma
ſouia tenuerunt. Quę cū Staniflao
Odrowiſz Ruſſię Palatino nu
pta, hanc Zophiam progenuit, quę
proximis calē. Octobribus cum

Ioanne

Christophoro Tarnouio vinculis so-
ciata est iugalibus.

Neq; vero hsdem, quibus Sylefia,
aut Masouia, Piasli Regis sanguis
regionibus cōtinetur, sed maiorib;
rerum inicijs destinatus, ac longius
puectus, summis Regibus, atq; Im-
peratoribus inicium generis, ac no-
minis fuit. Nā Semouitus Maso-
uię Dux, huius atauus Annę, natā
suam Cymburgam Ernesto Aus-
trię Duci in matrimoniū dedit, quę
Fridericū Imperatorem genuit, ille
Maximilianū Cæsarē, iste Philippū
regem, hic Ferdinandū, atq; Carolū
Cæsares, qui nūc christianas tuen-
tur res, à quibus Germanis, Vnga-
ris, Bohemis, atq; Anglis videmus
iam Reges natos esse. A Ferdinādo
certe rege habet Polonia, clarissimū
illud reginarū decus, Catherinam:
quę Austriaco creta sanguine, cum

C in Augusto

Augusto nupta Rege, suū in Maso-
uia gente agnoscit genus. Tāta Pia-
sti Regis est apud omnes maiestas,
tanta Masouia ab hoc ortæ gentis
est amplitudo, vt ab hac Deus
Principes, Reges, Cæsares ac ceteros
terrarū dominos nasci, ac ppar-
gari vellet. Quæ gens post tot præ-
claros in Masouia duces, ad Annā
solā redacta, auget desyderium nos-
trum, cū in hac clarissima scemina
illud ingenium, illa humanitas, illa
virtus Pīasti Regis, quasi in quodā
monumēto illustri posita, nobis elu-
ceat.

Quæ em̄ huius optimæ sceminae sit
vitæ sanctitas, quæ pietas, qui rerū
omnium modus, sæpe tā secūdis il-
lius in rebus, q̄ aduersis experi-
sumus, quæ ammissis parentibus, ac
postea duobus fratribus, virgo, ita
Masouia administravit, vt summæ
illius

illius pudiciciæ, par prudentiâ in
administrando paterno regno esse
existimaretur.

Et cum verissimis laudibus virgini-
nalis pudicicię omnibus esset comē-
datissima, à pluribus expetita, Sta-
nislao tñ Odrovvasz Palatino, vt
iam dixi, Sigismūdi regis iussu nus-
pserat, quas illius nuptias qui rerū
motus exceperint? qui fluctus agis-
tauerint? quanta deniq; tempestas
in illo naufragio extiterit, quid atti-
net dicere? cū neminē vestrū igno-
rare arbitrer: quanta vero patiētia,
quanta etiā constātia omnia aduer-
sa illa pertulerit, finite me hoc quæ-
so præterire, ne cōmoratiōe incōmo-
dorum, vestrū renouem dolorē, qui
à panegyrico alienus esse debet.

Sed cū magno, & excelso animo
omnia pateretur, ac ferret, restabat
illi vnicū in malis solaciū, vir nēpe
ipse

ipse, quē tñ ipsum immatura illi es-
tipuerat mors. Quid ego in hoc as-
cerbissimo casu illius animi moder-
ationē cōmemorē? vt mortē viri
tulerit? vt vidua cum filia paruula
manserit? vt nusquā victu, neq; cul-
tu extra modū pdierit? nimis hæc
prolixa sunt, vberiorē etiā oratorē
desyderant, quā ego sum, quare
obmitto hæc dicere. Illud tñ dicam,
& vere dicam: neq; in veritate cri-
men mendaciū pertimescā, parē hęc
viduā illis sanctissimis viduis veter-
ribus Annæ: Heduigi: Helisabe-
ræ visam esse. Hęc em̄ nō discede-
bat de tēplo ieiunijs, & obsecratio-
nibus seruiens Deo nocte, & die: vt
Anna illa pphetissa filia Phanuel.
Hęc asperitate cultus, & duricia vi-
ctus, pertinacē castigabat carnem,
vt Heduigis illa Henrici Ducis Sy-
lesiorū vxor. Hęc opes suas in egez-
nos

nos effudit: vt Helisabeta Pannonia, cuius vsq; ad desperatos, vt hominum fert opinio, & religio, pgressa cura est. Hæc ergo eadem cū fuisset huius ipsius mulieris viuēdi via, & ratio: & cū harum viduarū, quas cōmemorauī, illa sequeretur sectā, atq; instituta, quis illam assecutam esse negabit illarum vitā, quarū in his spacjjs religionis primo impresserat vestigia. Quando illa à tēplo discessit: quādo egenum destituit: quando genio indulsit: Norma hæc vidua, & regula pietatis, non huius quæ nuper increbuit: sed illius antiquæ fuit: est hæc diuina, atq; incredibilis virtus huius sanctissimæ viduæ. Quid ceteræ virtutes, quæ in hac eadem splendescūt maximæ: vt sunt vitæ grauitas: morū facilitas: silentiū, atq; linguæ tēperamentū, tū submissio, quæ Ecclesiæ more

D humilitatem

humilitatem appellemus licet, quæ
tanta in hac vidua est, vt ea, quæ di-
gnitate principibus ceminis excels-
lit, humilitate infra infimas esse vi-
deatur. O cœlicem Piaſtum. o præ-
claram illius gentem, quæ sanctissi-
mis orta inichs ad hanc mulierem
potissimum est redacta, in qua
Piaſtus in Masouia potissimum de-
ſineret.

Sed quid dico deſineret? immo ve-
rò viueret, vigeretq; ſemper, ac nū-
quam interiret. An ego Piaſtum, ac
gentem illius interire dicam? cum
videam ſobolem illius, per quam
ille viueret, ex hac ipſa Anna eſſe
propagatam? habemus em̄ Sophis-
am ex Anna genitam, matris vita,
moribus: conſuetudine ſimilem: ita,
vt qui vnā norit, ambas nouerit.
Quæ ita educata, inſtitutaq; eſt, vt
ſūma nobilitate illius, & matre di-
gnum

ignum fuit, quæ cum esset non solū
generis, sed summæ etiam pecuniæ
vnica heres, quasi ita necesse esset,
vt cōseruatoribus patriæ mercedis
loco deberetur, in eam familiā pos-
tissimū nupsit, quæ spes vnica du-
bñs regni temporibus habita in Po-
lonia semper fuit.

Quis enim vestrū ignorat? aut cui
hoc inauditum est? gentem Tarno-
uiam cōlumen regni, ac decus anti-
quus ob virtutem habitam fuisse.
Quæ cōtinuatis honoribus, ac ma-
gnis rebus gestis ab auis, & atauis
ad hunc vsq; Ioannem Tarnouiu,
Castellanū Craccoui en. huius spō-
si patrem, claruit. Qui magnus ipse
cum magnis in familia successisset,
sic illorum auxit, cumulauitq; glo-
riam, vt & illos a quibus ortus est
vinceret. & ceteris spem imitandi
sui adimeret.

D ij

Nihil

Nihil de hoc loco clarissimi viri au-
ribus, sed id, quod vos taciti assensu
timini, affirmo: tñ hūc virū in Polo-
nia esse, quanti Romę olim fuerunt
Curi, Coruncani, Scipiōes, Ieli, Ca-
tones, Maximi, & ceteri summi vi-
ri, quorū meminit vetustas vt enim
ad illos de omnibus diuinis, atq; hu-
manis rebus olim Romę refereba-
tur, sic ad Ioānē Tarnouiuū nūc in po-
lonia refertur: idemq; & in senatu,
& apud populum, & domi, & mili-
cię consilium suū, fidemq; præstat.
Quanta vero huius viri ex priuato-
rum negocijs collecta in regno sit
gratia, quanta ex publicis causis ap-
ud Regem rerum omnium illius
sit fides, quanta apud omnes ex sa-
pienter dictis, atq; factis autoritas,
inde apparet, quod summa senectus
te apud Polonos meruerit nomen
Patrię Patris: oraculumq; ciuitatis
appelles

appelletur, quo fit vt nemo illo iã
fit in Polonia neq; apud populum
autor grauior, neq; apud Regem
Senator melior: idemq; fit apud ex
ercitũ facile optimus Imperator.

Cuius auspicijs, atq; ductu Da
ciam bellicosissimã gentẽ, cæsis ad
Obertinũ legionibus, subiugũ mi
sistis: Moscouiam infinitis cladib.
confectam, capto, & deleto Staro
dubo, pacem petere à vobis coegis
stis. Postremo Scythiam ipsam ma
gnis copijs imminetẽ Poloniæ, hoc
eodẽ imperatore inuictõ sepius re
presistis. Nam illa, nimis vetera for
tasse: pretermitto: vt adolescentu
lus à Sigismundo Rege, ad Albam
Græcam obsidiõẽ liberandã, in Vn
gariam contra Solymanum fuerat
missus: vtq; domo militatũ profes
ctus, Lusitano Regi contra Mau
ros strenuam operam nauauerit.

D iij

Sed

Sed hæc sunt externa: illa vero domestica, quis ut par est laudauerit? quod nulla Poloniæ sit pars, in quâ non extet huius vici memoria beneficij sempiterna.

Vidisses hunc virum Agamennon, ne tu Nestorẽ illũ tuũ mirari tãto pere desisses: Neq; tu Homere tantum prudentiæ Vlissi, neq; bellicæ virtutis tribuisses Achilli, si hũc hominẽ cognouisses, profecto aut hũc illis, vere si existimare velles, antepones: aut si tuos Græcos nimium amares, huic pares illos esse diceres, superiores certe quidẽ nullo modo.

Præsertim cum non solũ illis rebus, quæ ingenio, animoq; excelso fiunt, hic noster excellat, sed etiam illis, quæ in animo, sensuq; nostro penitus affixa, & insita sunt, quibus q moderatur, & imperat scienter, non minus decorum, atq; gloriosum illi est:

est: q̄ Troiam capere: aut Hec-
tore necare: charitatē liberorū dis-
co, quibus tm̄ sapientissimus Vlisse-
ses indulserat, vt ad Telemachū filia-
um à Throia Ithacam properans,
immortalitatē oblatam à Dñs con-
tempserit. At quanto hic noster
Polonicus Vlisses sapientior? qui
natum cū haberet vnicū, spem vni-
cam familiæ, generis, nominis, ingē-
tisq; pecuniæ, ita tm̄ vicerat ipse se-
se, vt filiū paruulū, ex sinu ægrotæ et
iam iam morituræ matris auulsum,
ad Ferdinādū Regem mitteret, nul-
la domi spe relicta, qua orbitatē cō-
solaretur suā, si quid filio humani-
tus accidisset foris: vehemēter lau-
dandus est hic indulgētia erga libe-
ros sapientissimi patris modus: ac
pro exemplo ponendus n̄s, qui des-
prauāt ingeniū, & enervāt animos
liberorū, facilitate, & indulgētia pra-
ua,

ua, quos cum à suo latere nusquam
volunt discedere, degeneres, & in-
utiles filios reddūt. At non talis in
filio vnico noster fuit Tarnouius, q̄
maluit in dubiam vitæ aleā filiū do-
mo extrudere: q̄ illum degenerem
& indignū nomine, ac sanguine suo
in familia post se relinquere.

Itaq̄ hunc è sinu matris vt dixi,
auulsū, in Germaniam ad Ferdinandum,
non suitēporis modo, sed
omnis ante se memoriæ cuiuslibet Re-
gum parem: Romanū Regē miserat.
Cuius inter Reges quanta sit
auctoritas: quanta virtus: quanta
religio: quod studium existimatio-
nis bonæ, dicerem, si mea laudatio
aliquid apud vestros animos mo-
mēti haberet: aut si aliquid hono-
ris huic Regi adderet.

Audacter tñ hoc dico: nec teme-
re confirmo, id quod vobis testibus
probare

probare possum : hunc Regem cō-
silio, grauitate, cōstantia, cęteris vir-
tutibus, honoris, ingentij ac rerū ge-
starum ornāmētis, maximū, & spes
cētatissimum esse.

Hunc ergo talem, ac tantū Regem
Ioannes Tarnouius potissimū de-
legerat, in cuius disciplinam paruū
suū filiū, matris indulgentiæ prerē-
ptum mitteret, vt inter filios Ferdi-
nandi, orbi terrarū designatos Re-
ges, adolesceret : & ipsum Regem
Ferdinandū mox primis miraretur
ab annis : & sub hoc tolerare magi-
stro miliciā, & graue martis opus,
tū ipsi cernere facta asuesceret, apd
quē eo honore hic puer fuit, quo a-
pud sapiētissimū regem summi vi-
ri filius esse debuit.

Cuius ineuntem ætatem in illa Re-
gia disciplina, ita bonus per fideles
magistros muniuerat pater, vt non

E solum

solum rerum turpidini oculos: sed
etiam verborum obscenitati aures
includeret. Itaque cum magnitudi-
ne, & honestate rerum totum filium Tar-
nouius ita occupasset, ut nihil flagi-
cij, neque dedecoris in animum illius
posset influere, tantum haec cura per-
fecit, ut quod difficillime inter mor-
tales reperitur, in tanta praesertim
adolescentium licencia, & corruptela:
ad xx. annum, mulier quae esset preter
uxorem nesciret, tantum valuit opti-
mi cura patris, ut is adolescens inte-
gram pudicitiam ad uxorem afferret:
& illibatam in matrimonium dicaret,
non prius hunc iuuenem meretrix vi-
ciauit, quam uxor cognouit, non prius
ille Ericinae Veneri in ganeo, quam
Christo virgini, virgo in matrimo-
nio sacrificauit.

In tale disciplinam Tarnouius filium
suum miserat, cum quo exierant duo
adolescentes

adolentes, in quibus magnā iam
spem maiores natu dignitatis suæ
collocarant, Ioānes Latalicius, Poz
nanienſis, & Nicolaus Meletius Po
doliæ Palatinorum filiū, vt in eadē
disciplina apud Ferdinandum Re
gem cum Ioanne Christophoro a
dolescerent.

Sed audite multo maius, præclaris
usq; huius præstantissimi viri faci
nus. Talis em̄ hic vir est, vt ipse ses
cū semper cerret: seq; ipse nouo be
neficio vincat. Matre adolescentis
mortuā, tum demū filium domum
accerſit: id nimirum metuēs, ne te
ner adoleſcētis animus, nondū ra
tione, & consilio firmatus, suauitate
matris de integro remoleſceret. Qua
re, ab hinc triennio, vt adoleſcentiā
incertā filiū, certo vitę infisteret iugo,
hanc, q̄ dico Sophiam, huius claris
simæ Annæ filiam, illi despondit: nec
E ñ quicq;

quicquā amplius tum rei cum hac,
filio esse voluit, non quod non ma-
tura vtriusq; ætas nuptiis esset, sed
quod augetur ingentis spiritus virū
ipsa adolescentia: quæ semel capta,
& in amore occupata nihil magni,
neq; præclari, neq; agere, neq; cogi-
tare posset, quod in alieno corpore
mens amantis viuat, cum quo dies
ac noctes circūagitur tā præsens q̄
absens. Id metuens homo sapientis-
simus, & diligentissimus pater, IO-
ANNES Tarnouius, à consuetu-
dine vxoris filium separat: & iterū
illum in alienas terras ablegat, vt
quod restaret ad adolescentiā tem-
poris, cuius xx. annos iustum tēpus
maiores esse voluerunt, id non vo-
luptatibus ille, neq; vxoris amplex-
ibus, sed visendis regionibus, ac co-
gnoskendis moribus potissimū im-
penderet. Erat virginis forma insi-
gnis,

gnis, & florentissima ætas, quæ ne ingressum iuuenem in præclaras res, repente, quasi quidam æstus abriperet, sponso apud sponsam, extra dexteram, ulterius prodire per senē non licuit.

Quàm hoc durum facinus patris fuerit? quàm mæstus adolescentis animus, cū vxorē ætate, atq; forma florentissimā, subito relinquere, & alienas terras, patris imperio petere cogeretur? non hoc erat animā è corpore euellere? & ex vno homine geminos homines facere.

Sed cum Ioannes Tarnouius, prisca seueritatis vir, sciret se filiū Reipub: causa suscepisse, in qua ille nō posset excellere, nisi ad Vlissis Homericæ modū vestigia parētis secutus, multorū hominum videret mores, & vrbes, hunc ab vxore semotū, idem facere volebat, quod ipse ado-

scens

E in

lescens olim gloriose fecerat, vt dū
ingenio experientiā subsidio querit,
Europam, Asiam, atq; Affricā lon-
gissimis spacis pagraret. Quo pre-
clare puer institutus, dignitatē ge-
neris, ex familia : celebritatē nom-
inis, à prudentia : autoritatē senato-
riam, ex rerum cognitione, atq; vsu
caperet. nam qui peregrinationem
contemnit, & vitā à pueris ita insti-
tuit, vt domi inclusus, qd foris agat-
tur nesciat, is excellere consilio se-
nex, si cupiat maxime non potest.
Itaq; Ioannes Christophorus cū il-
lis, quos dixi, duobus nobilissimis a-
dolescētibus Latalicio, et Meletio
domo iterū profectus, salutato pri-
mum Ferdinando, filijsq; illius Vi-
ennæ, Germaniā totam sic obiuit, vt
quicquid in ea locorū, hominū, vr-
bium, atq; ciuitatū visendū fuit, cog-
nosceret; neq; viros principes pre-
termitte-

20
mitteret, nam & Ottonē, decus,
& ornamentum Cardinalicij ordi-
nis Augustæ adijt: & Carolū Cæ-
sarem in Belgio veneratus est. Tum
in Angliam ad Philippum Regem
transmisit, deinde Italiam explora-
uit, postremo Iuliū Pontificē ado-
rauit Romæ: sumpto ex veteribus
illius adorandi more.

Atqui quoscunq; populos, & ciui-
tates, atq; Reges adierat, n̄s præsens
ab illis affectus fuit honoribus, qui
illi ætati haberi poterant amplissi-
mi, tantum illi gratiæ conciliauerat
ad omnes, cum parentis ipsius di-
gnitas, tū morū cōmendatio bono-
rum, adeo vt Iulius Pontifex super
cenam, admiratus adolescentē, qđ
nullā rem immoderate positā: nul-
lum ab aliqua temeritate plapsum
verbum in eo viderat, dixisse fera-
tur, credibile sibi non videri, hūc in
terra

terra natū esse barbara, magna laus
ab eo præsertim homine, cuius nu-
tu prope terrarum orbis regebatur,
vt quicquid ab illo diceretur, id ex
oraculo dici putaretur.

Sed tñ bona cum venia scire ab illo
summo Sacerdote velim, cur nā illi
Polonia terra visa sit barbara, nā si
barbarorū est in diem viuere, Polo-
ni qui cōsilio reguntur certo, bars-
bari non sunt: aut si barbarorum est
incertos deos colere, quomō Poloni
erunt barbari, qui publice Deū ve-
nerantur trinū, & vnum? Iam illa
præstans, & excellens doctrina, qua
vera discernuntur, à falsis: turpia,
ab honestis: iusta, ab iniustis, si eos,
qui illā habent, vetat esse barbaros,
quomodo Polonia humanissima
non erit? quæ omni doctrinarū ge-
nere est florentissima? quæ referta
doctissimis viris est? plena literarū
rum

rum Græcarum, atq; latinarū: veni-
nisses in Poloniam Iuli, nā tibi Po-
lonia, non terra barbara, sed ipsa al-
tera visa fuisset Italia, cum Polonos
pro vernaculo sermone, sermonem
sonare audires latinum.

At si illud verum est, vti certe est,
quod autore Socrate scriptum reli-
quit Plato: tales hominum animos
esse, quales illorum sunt sermones,
fateare Iuli Polonos humanissimos
esse, quorum os sermonē humanis-
simum resonat latinum, quare nos
vel hoc ipso sermone latino lauda-
tore, atq; teste vtemur aduersum te,
& aduersus Italos tuos, ne vobis
barbari esse videamur, qui omnia
illis artibus, quibus ad humanitatē
informamur, à vobis Italis potissimū
instituti sumus. Sed ego hæc
nimium fortasse: ouis ad pastorem,
filius ad patrem.

E

Secūda

SECUNDA PARS QVAE SOLENNE IP-

farum nuptiarum cōtinet.

NVnc ad Ioannem Christophorum Tarnouium adolefcētem atq̄ ad illius nuptias reuertor, qui omnibus probatus, summi etiā Pastoris voce laudatus, sic integra existimatione, atq̄ fama, triennio exacto, à patre domū est reuocatus, vt pote cui pater spem generis, dignitatem familiæ, amplitudinem sui nominis viuus esset traditurus. Quare cum sæpe videre illā optaret diē, quo illi liceret cū nobilissima vxore maritū videre filium, cum iā ætas matura matrimonio esset, ad diui Michaelis ferias illius constituit nuptias, ad quas multos Principes vocauerat, multos etiam Senatorij ordinis clarissimos viros. Anna etiam spō-

sæ mater

sa mater, vti Regia domo prognata
tam mulierē decuerat, sic pfectio-
nē filia ad sponsum adornauerat,
vt comitata summis viris, ac foemi-
nis clarissimis, ornatissima cū om-
pa ad virum proficisceretur. Aderāt
præter cæteros qui deducebāt spō-
sam, duo principes Regni Palatini,
quorū Stanislaus Teczynski, Cra-
couiensis Palatinus, homo in ea fa-
milia natus, quæ propter virtutem,
robur, & firmamentū Regni Polo-
niæ semper est habita, qui ob singu-
larē cōmendationem cum generis,
tum ingenij, summos honores in Po-
lonia facillime est adeptus, q̄ mox
quàm ex legatione Turcica, quæ illi
amplissima fuit, domum rediisset,
ad summos honores Regis optimi
beneficio peruenerat, ex Castella-
natuq; Leopoliē, multis in medio
intermissis honorū gradibus, per

Sendomiriensem ad Palatinatum
Cracouiensem ascēderat, qui hono-
ris gradus, Castellanaui Cracouiē-
si proximus in Polonia habetur, tā-
tus honos ab iustissimo Rege huic
viro est habitus, vt is post Ioannē
Tarnouium secundo loco in Sena-
tu sententiam diceret.

Huic in traducenda pompa Spith-
ko Iordan de Zaklicino, Sendomi-
riensis Palatinus, loco & dignitate
Stanislao Tecinski palatino pximo,
ibat comes, erat is spōse germanus
patruus, cū Stanislao Odrowas spō-
se patre vna matre editus, hic com-
médatione ingenij, & generis, ac vir-
tutis laude, ex inferioribus ordini-
bus, ad summos magistratus Re-
gni eodem tempore, quo & Tencis-
nius peruenerat, Palatinusq; Sen-
domiriēn ab Augusto Rege decla-
ratus, multis præsuit Regni præs-
aturis,

Sturis, quarū Premislīcū, municipij
nostri præfectura, honorificentissī-
ma illi fuit.

Hi duo, vt dixi, Principes Palatinī,
cū cæteris amplissimis viris ma-
gno comitatu ad virū deducebant
sponsam Sabbatho, pridie diui Mi-
chaelis festi, vehebatur aurata in
Rheda cum matre decora virgo,
quā sequebātur multæ Senatorum
vxores, nobilissimæ matronæ, ac fœ-
minæ clarissimæ.

Cui aduenienti ex Iaroslauio, in
Predworsciano occurrit IOAN-
NES Tarnouius cum filio, Equi-
tes ambo, aderāt vna honoris cau-
sa Basilius Ostrocensis Dux, Tar-
nouij gener, tum Martinus Zboro-
uius Calisicū, & Nicolaus Sienia-
uius Russiæ, ac Ioannes Meletius
eius Podoliæ Palatini, fortissimi vi-
ri, ac magnis rebus gestis in Polo-

nia clarissimi. Ioannes quoq; Ocieski Cancellarius Regni cum his aderat, cui ingenio, prudentia, eloquentia, cæterisq; ad Cancellariatū: virtutibus omnibus haud scio an Polonia aliquando habuerit parem, Longum est enumerare cæteros maximos, & spectatissimos viros, quorū præsentia congressus ille fuerat honestatus. Ibi tum Tarnouius senex, ad Tobix illius veteris modū, nurum salutauit, vt filiam: præcatusq; Deum est, vt illius in familiā suā aduentus sibi, filioq; domuiq; suæ bene, & fœliciter eueniret: præbuerat tum Tarnouius veterū Patriarcharum speciē: qui Nurus suas, vt cœlitus, demissas Deas, excipiebant, quarum fido gremio sanctum in familia, & à Deo benedictū ab illis mādaretur genus.

Huius autoritate plenissimæ orationi

tioni, respondit Spytko Palatinus,
sponsæ uti iam dixi, Patruus. Cuius
orationi nec pondus sententijs, nec
fides verbis defuit.

Data, ac reddita ultro, citroq; salu-
te, in Gorlicinâ ordine longo veni-
unt, vicus is Predworfcio oppido
Russiæ, Premisliên præfecturæ, vi-
cinus est, in quo ædificatû erat am-
plissimum ædificiû, quod speciẽ ca-
stelli præbuerat, ut illam turbâ cõ-
uentumq; hominû, quàmuis nume-
rosum, facile caperet.

Vicum ingressi, ac de via fessi, cæ-
naq; refecti, cum iâ Oceano rueret
nox, in suo quisq; diuersorio requie-
uit.

Postridie mane adornata spõsa, sa-
crificatum est: ac magno concentu
à Symphoniâcîs sacrû illud est de-
cantatum, in quo Dei spiritus, ut illi
matrimonio aspiraret, votis publi-
cis inuocatus est, A sacro

A sacro in tricliniū, magnifice stratum itum est, ac pransum. Hic ego prætermittā, qui fuerit apparatus in epulis, quæ inuitatio in poculis, quanto auro, argentoq; instructus Abacus, quo sermone, læticiaq; celebratum fuerit conuiuū, vt deinde secuti à prandio sint chori, atq; ludi. Tum cœna, vtq; hæc omnia fauente etiam cœlo euenerint ex sententia, prætermittā in quā hæc dicere, quod hæc ad vulgi admirationē, magna ad cogitationē sapientū, nulla sunt. Quare ad illa magis properat oratio, quæ vitam instruūt, ac pro exemplo alijs sunt, quæ ex his nuptijs summi possunt, quæ utique potiora sunt his, quæ guttur alunt, aut vulgi sensus mouent, vna me hercle oratio Ioānis Tarnouij Castellani, qua is gratias egit matri pro filia, est omnibus illis sumptuosissimis epulis,

omni A

ab omni & omni

& omni illi auro, & argento, bisseque
& ostro, quibus illa colucentur nup-
tiaz est anteposenda, quae docet, quod
perniciosa illa sit vulgi vox, cum alibi
in matrimonio constituendo, vincat
utilitas, & item illa, o Ciues, Ci-
ues querenda pecunia primū, virtus
post nūmos, quae voces nefariae quo-
niam nimium saepe valent, ideo in des-
tigenda vxore multa peccantur, &
quonia non fides, non sacramentū,
non denique sperata posteritas, sed
iniqua matrimonio queritur pecu-
nia, ideo pessima vulgo nascitur so-
boles, progeniem mox datura peiorem.
Quare pro epulis, & pro ludis qui-
bus octo dies totos psonabat Gor-
liczyna, audite orationem Ioannis
Tarnouij optii viri, cuius ego vt ve-
stra facietati occurram, capita qua-
dam, pauca praefatus, ponam.
Est hoc in more apud Polonos po-
situm,

litum, vt subsecuta nuptias nocte,
deducatur in thalamum à parentis
bus, & cognatis, ac familiaribus ad
virum sponsa, ibiq; apud genialem
lectum virginis pater: aut qui est
genere proximus, magna autoritas
te in manus nuptã tradit viro, aut
etiam, si qui forte præsens adest, vir
pietate grauis, ac meritis, huic pro-
uincia datur, parētū nomine virgia-
nem emancipandi, ac de potestate
patria in ius viri illam transferēdi,
quod sane nuptiarum solenne, gra-
uissima apud Polonos cerimonia
continetur, quicquid em̄ iuris ha-
buerint parentes in filiã à Deo, & à
natura ipsis tributū, id omne trans-
ferunt in filia virum, hunc illi patrē,
patronū, ac tutorem dant, nulla po-
testate patria in filiam penes se reli-
cta, atq; hac via sola liberi apud Po-
lonos de potestate parentū exeunt,
nec alia

nec alia ratio emancipandi liberos
apud nos, quod quidē ego sciā, igno-
arus fori, atq; iuris. Pro hac ratio-
ne Spythko Jordan Palatinus, de
quo ante est dictum, orator dulcis,
& brevis, apud genialem lectū præ-
clare pro matrimonio exorsus expo-
suit, quantū humano generi à Deo
optimo Maximo cōnubio concilie-
tur decus, ita vt hoc ipsum per se
dignitatem hominis sustentet: alia
verò sine hoc, quāuis magna, atq;
præclara, hominē deceant minus.
Submonuit itaq; ambos, vt matris-
monium inītū ita colerent, vti è re,
fideq; sua censuerint.

Et quoniam pater sponsæ moriens
Ioannem Tarnouium Castellanū
tutorem testamento pupillæ dēdis-
set, non oportere tutorem in illius
iure à se impediri, qn ille patris par-
tes ageret, & sponsam viro iure pa-

G ij trio

trio in manus traderet, quando quis-
dem potiores tutores apud pupillā
partes essent, q̄ patrui.

Huc accederet, qđ difficiliore sibi
virginis traditionē faceret, quod pa-
ter virginis, frater sibi erat, cuius ma-
iores ob virtutē Odrovassij ma-
gni sunt appellati, vix se posse idem
laudare genus, ad quod ipse mater-
no genere quoq; pertineret. Iā ma-
ter sponsæ omnibus laudibus, & ge-
neris & virtutis cumulatissima foe-
ma, tantum excelleret, vt de illius
præstātia satius fuerit tacere quā
non satis pro dignitate illius loqui.
Ita hic orator dum laudes sui fra-
tris, illiusq; vxoris dissimulat sedu-
lo, id assequitur, vt amplissime tam
glos, q̄ frater ab illo laudati esse
viderentur

Cui responsurus Ioannes Tarnouis-
us, p̄ filio assurrexit, ac paululū mor-
ratus,

ratus, cōmemorauit primo necessi-
tudinem, quæ illi fuerat cum sponsæ
patre, viro, genere, & virtute claris-
simo, deinde de tutela modice, ac
verecunde attigit, vt tñ quiuis intel-
ligeret, summæ curæ illi pupillam
semper fuisse. Tum progressus lon-
gius, ostendit, quæ nam causæ illum
ad illam virginem, vxorē filio deli-
gendâ impulerint, Esse quidem in
illa virgine summū genus, summā
formam, & summā pecuniam, sed
quod tā genus, q̄ pecunia, fortunæ
bona essent, forma etiā bonū esset
& possessio tēporis, ideo hæc esse in-
certa, et caduca nūquā filio suo ma-
gnopere optasse, neq̄ expetisse, ha-
buisse se antiquitus comparatas fa-
cultates domi, quibus Dei benefi-
cio, vitam & dignitatē filij sui tue-
retur. Omnem sibi in deligēda vxorē
re filio statisse curam, & cum talem

G in nurum

nurum quereret, cuius fidei, vna cū
filio nomē, & gentem Tarnouia pos-
set tradere, nulla sibi hac virgine a-
ptior ad eam rem esset visa, quę ta-
li matre genita, ita esset educata, at-
q; instituta, vt spes sit, arbori, sic em-
dicebat, suum simile, fore pomum.
Ego inquit Illustrissima princeps,
non pecuniā concupiui tuam: quā-
uis ea ingens, & copiosa sit, non ge-
nere captus sum tuus, quod tam am-
plum, & preclarum est, vt Reges a-
tauos, & Cæsares proauos habeat,
non vllam deniq; rem tuā expetui,
quam aut fortuna auferre, aut tem-
pus mutare possit. Sed tua me pie-
tas, tua casta, integraq; vita, maxi-
meq; hic modus animi, istaq; humi-
litas, qua excellis: tua me limina a-
dire, & abs te filiam tuā vnicā, vxo-
rem filio meo vnico, petere coegit,
quę tua diuina, & egregia virtus,
tantū

tantū apud me valuit, vt si non eō
genere esses, neq; cū ea dote filiā ha
beres, sed inter infimas mulieres vi
tam degeres, tñ affinitatem tuā cu
perem, & abs te filiam tuam flagi
tarē, quā filio meo vxorē darē, hāc q;
dotem amplissimam obtigisse filio
meo putarem, cum te moribus filia
tua, nurus aut mea referret. Nunc
aut quandoquidē excellentis animi
tui, filia q; tuā bona Deus etiā bonis
cumulauit externis, ne ingratus esse
videar, primū Deo opt: max: grās
ago, qui talē filio meo cōciliauit vx
orem, cui ad fœlicitatis humanae
summā nihil deesser. Deinde meum
erit officiū dare operā, ne te cū istis
bonis in meā familiā dedisse filiam
vnquā pœniteat. Atq; huius meæ er
gate, filia q; tuā volūtatis obsidem,
en meū tibi trado filium, hunc capi
to, & pro filio habeto, ego tuā vicis
sim cas

sim capiam filiam, & pro filia ha-
bebo, & illam ita retinebo, vti ius,
fasq; patri est. Et simul filiū in ma-
nus illi dat: filiā ipse, vti pater ob-
uſq; vnus indulgenter amplectitur,
Præclara emancipandi, adoptādiq;
ratio. Digna verò fuit hæc Tarno-
uiorum genere oratio, ex qua licet
cernere in Tarnouia domo vilius
esse, ac semper fuisse virtutibus au-
tum. Sic em̄ hæc gens Tarnouia ē,
vt nihil alienū magis homie ducat,
q̄ amare diuicias, nihil cōtra hoc eo-
dem homine dignius putet esse, q̄
pecuniam si adsit, ad beneficētiā,
liberalitatemq; conferre, ex qua ra-
tione neq; cupidos, neq; rapaces,
neq; tyrannos, neq; eos deniq; quos
ἀντιόχοι appellant Græci, in ea gē-
te reponas. Quare hæc huius senis
oratio mirum non est, si t̄m præ se
tulit pecuniæ contemptum, ab ipsa
enim

enim natura facta, nō ab industria
composita, ex tempore missa fuit.

Post viri digressi, & officio functi ex
cesserunt e thalamo, sponsa mulieribus
intus relicta, quæ, vt mulierū
est ingenū, nunc vetis, nūc lachry-
mis sponsam psequuta, omnes gra-
tias, cupidinesq; ac Veneres ipsas,
non illas infames, sed has cœlestes
noua in virginis connubia circum-
fusæ vocabant.

Mater etiam lectissima, mœstissi-
maq; fœmina, cui miseræ iam nulla
voluptas, nullū solatiū, hoc auulso,
restaret domi, filiā cōplexa, lachry-
mans in manus dabat viro, & apud
genialem lectum, quæ textili pictu-
ra ornatissimū filio pia mater stras-
uerat, nata m ponebat in generi fi-
dem, ac potestatem.

Hic ille iam tandē aliquando tra-
dita

dit à sibi superne prouincia, quam
tot votis, tanto tempore, manus in
cœlum porrigens exoptarat, ut vnq̃
illi per patrē liceret ex illa peregrina-
tione, quasi ab exilio domū reuer-
ti, ac bona pace florente vxore frui,
tēpus iam esse ratus, sorte datā ini-
re prouinciā, cæteras mulieres om-
nes, quæ illius nō essent iuris, de sua
prouincia iubet decedere, parent il-
la, ac discedunt cū matre incesta, vt
pote quæ Sophiam non amplius
virginem hoc prætoris essent visura:
Et quoniā huic viro vxor nobiliss-
ma, & integerrima, prouincia est, vt
connubio iuncta stabili, propria, &
illi dicata, omnes cum illo exigat
annos, ac pulchra prole illum faciat
at parentem, omnes id velle, & op-
rare debemus.

Postridie, dum tēpus erat, noua nup-
pta aggregatur apud templū à sa-
cerdote

30

terdote mulierum choro solenni rī-
tu. Deinde à sacro itur in coenaculū
illud grande, quo in loco à Principi-
bus viris munera amplissima illi
sunt missa, Princepsq; Ioannes Tar-
nouius socer, nurui suæ, per Stani-
slauum fratris sui patruelis filiū, Re-
gni Quæstorem, nuptias gratulatus,
Mōile è gēmis, auroq; perfectū do-
no illi misit, ea varietate operū, vt
ars certare videretur cū copia, tum
Pateras, ac Scyphos quāplurimos
summi præcij, quos dignos in suo
argento mulier primaria haberet,
auri item signati Vngarici M. nū-
mum. Idē quoq; Quæstor viri no-
mine singularibus verbis apud ma-
trem collaudata nouæ nuptæ pudis-
cicia, ea illi munera obtulit, quibus
solæ vterentur Regina, erat moni-
le gemmis distinctum clarissimis,
tum annuli, scyphi, ac pateræ pon-
deris,

H ij

deris,

deris, ac præcij maximi. Hæc mu-
nera digna fuerunt, quæ à viro, & à
socero mitterentur nouæ nuptæ ex
Tarnouia domo, ex tam locupletæ,
tamq; vetere familia, quæ ille Quæ-
stor, vir clarissimus, verbis orna-
uerat singularibus.

Hunc subsequuti per legatos ex Sy-
lesia Duces, nouam nuptâ ornarunt
verbis, muneribusq; amplissimis.

Basilius quoq; Ostrocësis Dux ge-
ner Tarnouij, nec officio, nec mu-
nere ceteris Principibus inferior fuit.
Palatini etiam illi de quibus pri-
us est dictum, clarissimi viri, mune-
ra per internuncios miserat, & digni-
tate sua, & illis nuptijs digna. Præ-
tereò alios, qui præsentés, & absen-
tes mittendis muneribus, suâ erga
has nuptias obseruantiam testifi-
cati sunt.

Vnũ tñ præterire nequeo, virũ ge-
nere,

nerē, virtute, ingenio, autoritate, as-
nimo, & consilio excellentē Nicola-
um Radiuilum, quem ob singularē
illius animi, & cōsilij pręstatiā, in-
clytus Rex Polonię SIGISMVN-
DVS AVGVSTVS omni-
bus summis in Lithuania pręfer-
cit honoribus, ad illumq; vnū, quod
in alio homine non vidimus, & Pas-
latinatū Viliensē, & Cancellaria-
tum, ac Marsalcatum, summos in
Lithuania magistratus detulit, qđ
iudicium secutus optimi Regis Ca-
rolus Cęsar, hunc etiā eundē homi-
nem inter principes Romanos re-
tulit. Is ergo talis, ac tam excellens
vir, cū Lithuanicis rebus apud Re-
gem detineretur Vilię, nec ipse pro-
necessitudine quę illi est cum Anna
nuptę matre, obire has nuptias pos-
set, Ioannem Graiovuski strenuū,
& nobile virū, familiarē suū, mise-
re,

rat, qui & absentiam illius excusaret, & munus offerre nuptiale amplissimum, qui suo loco munus cū daret, apud sponsam cōmemorauit primo necessitudinē generis, quę hero suo Nicolao Radiuilo esset cū illius matre, vtq; Anna Radiuila patris eius soror, ex Cōrado Masouia Duce, Annā genuisset, eius matrem, vtq; secū idem Nicolaus Radiuilus nuptiam haberet Helisabę tam eius viri germanā materterā.

Quare cupere Nicolaū Radiuilum hanc summā necessitudinē sibi, cum illa omnibus officijs fore cumulatissimam, gratūq; & iucundum illi esse, quod in eam familiā potissimū nupserit, quę omnibus generis, virtutibus, ac rerum gestarum ornamentis in Polonia esset florentissima, quā vt illa noua augeret, vegetaretq; sobole, id omnibus votis Radiuilum cupere

cupere, & huius animi sui signum,
hoc manus illi mittere.

Hic modus, hæc ratio nuptiarum,
atq; hic finis fuit, qui post dies octo
demum in summa omnium læticia,
ac rerum omnium affluentia, fuit
subsequutus.

TERCIA PARS, QVAE DOCET GENI-

turam nihil ipsam per se vale-
re virtute cassam.

ET quoniã noster quoq; Panegy-
ricus in exitu est, in eius postremo
quasi æctu, paucis te volo Ioannes
Christophore Tarnoui, ad cuius de-
cus, & ornamentum tot ac tanta si-
mul Deus redegit bona, genus, fa-
miliam, patrem, ingeniũ, opes, insti-
tutionẽ, ætatẽ, formã, vxorem, ac fa-
mam, existimationẽq; bonã, quæ es-
iusmodi sunt vt te obliuisci nõ sinãt,
quo

quo loco in Polonia sis, quam spem
sustineas, quid dare patriæ, quid red
dere maioribus tuis debeas, à qui
bus habes non solū opes, sed etiam
celebritatem nominis, tritamq; viā
ad gloriā, nā cū pater maioresq; tui
omnes in honoribus Regni in pote
statibus, in imperijs gerendis sic sint
versati, vt peruagetur vbiq; multo
rū, & magnorū illorum fama in pa
triā meritorū, facilem tibi aditū ad
consimilem gloriā fecerūt, si qui
dem illos à quibus es ortus imita
bere viuēdo, & si caueris, ne qua tuo
generi macula, atq; ignominia abste
luscipiatur, nam qui maxime gloria
& laude ducuntur, in primis viciū
fugere, & cū maioribus suis virtute
certare debent, quos etiā vincere il
lis gloriosum est. Præclare siquidē
Sthenelus apud Homerum glorias
tur, se bellatorē esse meliorē patre.

Nec solū

Nec solum in studijs militaribus, li-
beros præstare parentibus glorio-
sum est, sed etiam in ciuilibus, quæ
ingenio, opera, atq; industria susti-
nentur, qualis fuit pater tuus, qui cū
primus doctrinā in vestrā familiā
intullisset, philosophia cumulauit
maiorum suorum bellicā gloriam,
non satis habuit pater tuus ex ma-
ximis, spectatissimisq; viris nasci, ni-
si ipse non adæquasset solum, sed su-
perasset etiam eorum ipsorū, à qui-
bus ortus est, gloriam.

Nā qui maiorū gloria succincti ita
ambulāt, vt ipsi nihil laude dignū
gerant, similes habendi sunt Colof-
sis illis, quas tu Romæ statuas, hu-
mana effigie, vidisti grandes, qui-
bus ad speciem cū nihil sit pulchri-
us, intus tñ infarcti sunt terra, ac cæ-
tero huiusmodi intertrimento fœ-
dissimo, sic isti degeneres vere, teste

I Flacco

Flacco, sponsi Penelopes, Alcinoq;
ac speciosi aliena laude Colossi suū
deducunt genus ab Ioue summo,
iactant parentes, enumerāt maio-
res, & illorum fortia facta recēsent,
habentq; pro suis, & illis ceu posses-
sionibus à parentibus relictis glo-
riantur, quasi vero virtutis sit eadē
ratio quæ est pecuniæ, vt ita virtus
patris successione deueniat ad filiū,
vt deuenit illius pecunia. Quare sci-
te Vlisses apud bonū Poetā, Aiacē
refellit, qui in illa contentiōe nobili
armorū Achillis, contēpserat Vliss-
is genus, extulerat suum.

Auos, inquit, & proauos & quæ nō
fecimus ipsi vix ea nostra voco.

Itaq; etiam si sint omnium flagi-
ciosissimi, tñ quia sunt aliquo, vere
bi gratia, Achille, aut Vlisse, aut Ne-
store nati, malo em̄ poctarū tali i re
fabulis q̄ virorū exēplis vti, digito se
cœlū

coelum, quod dicitur, putant attin-
gere, sibi solis honores, sibi summos
magistratus in Rep: deberi à Regi-
bus arbitrantur, ante illos, qui pro-
pria virtute connixi bellica laude
Achillem prudentia vero adæqua-
runt Vlissem.

Itaq; isti degeneri Telemacho, ac
Neoptolemo, ne discedamus à fa-
bulis in Rep: stultorū suffragio Re-
gum sæpe animosus cædit filius Co-
dri, nec propter aliam vllā causam,
nisi qd̄ humilis huic, illi vero nobilis
pater fuit. Ita illa inanissima nobi-
litas, tollit ex ciuitate sapientiā, ius-
ticiam, liberalitatē, temperantiam,
deniq; omnem virtutū chorū ex
Rep: exterminat, dū homines No-
biles & indigni appetunt principas-
tum, vt vir frugi, & in omnibus vi-
tæ partibus moderatus, ac temper-
ratus, plenus pudoris, plenus officij,

I n n plenus

plenus religionis, plenus operibus,
& fructibus bonis, præ illis nullo sit
apud stultos Reges præcio, neque
numero, præclare sibi consistere in
Repu: putabit ille Neoptolemus
purpuratus nebulo, si Achillem pa-
trem suum dicat ad Troiam depu-
gnasse cum Hectore, seq; propterea
principem publici consilij fieri con-
tendet oportere, quod Achilles ip-
sius pater, Peleo patre, ac Thetide
matre fuerat generatus.

Vides Ioannes Christophore quã-
ta labes ciuitatũ sit, genitura, virtu-
te, quasi dote, cassa dũ homines di-
gnitati anteponunt genus, & dum
principum filij in flagicijs exacta æ-
tate domi, nihil habet maiorũ suo-
rum simile, præter inane ipsius no-
bilitatis nomen. Quamobrẽ hæc
mala admoneant te, memor sis, qd
in clarissima familia natus cum es
ses

us, sit ue in us a= u= rea n= p= de nã= u= di= m a= no= no= æc qd' es= es

les, non fuerat eo pater tuus contē= tus, neq; hæctenus tibi dignitas ste= tit tua, neq; ad has generis tui me= tas hæfisti, sed longius ab optimo patre productus, mox à puero ad omnē honestatē fueris accomoda= tus, & in aula summi Regis Ferdinandi, quasi in Theatro quodā aper= to, & exposito, didiceris, primo vir= tute propria niti, deinde genus nō mirari solum, sed etiam imitari pa= ternum. Cogita ergo quantis sum= ptibus, mitto sumptus, quantis la= boribus patris tui fundata adoles= scentia tua sit, quanta cura institu= tus, quibus in locis versatus, quibus cum hominibus vixeris, quibus in= genij's asuefactus fueris, deniq; qua cū existimatione, atq; fama, speque domum redieris. Postremo ne hoc quidē in postremis laudū tuorū po= nes, qd' tibi publice à nobis nuptia=

les canuntur Panegyrici, pingui licet; sed tamē non inuita, vt videtur, Minerua, quod præter Reges haud scio an alicui alteri in Polonia aliquando contigerit.

Quæ omnia magna, & præclara circumstant te, vt te rapiant ad similitudinē, & imitationem paternam, vt non tantum nomine, genereq; sed vita atq; factis quoq; velis esse Tarnouius, hæc spes te manet, hoc patria, hoc omnes ciues tui expectāt, vt in tua vita, patris tui vitam videamus expressam.

Huic spei, & expectationi vt satisfacias, ante omnia homines blādos, atq; assentatores abs te segrega, ne sint in conuictu tuo, pestiferū genus hominū, ad voluntatem cuncta loquentium, nihil ad veritatem, sed si fuerint tecum qui te laudent, adsint etiam queso qui te reprehēdant. Et
si fuerint

si fuerint qui dicant, te Ioannis Tarr
nouij esse, filium, sint etiam qui tibi
referant, te nihil adhuc simile patri
gessisse, vt ita imitere illū orbis ter-
rarum victorem Alexandrum, qui
paternis victorijs minime lætaba-
tur, propterea quod illi pater nihil
negocij ad gloriam suis assiduis vic-
torijs relinquere videbatur.

Segrega ergo abs te istos, qui tua
is te maioribus, tuis titulis, ac tua te
nobilitate tantum, medijs etiam in
vicjs, videri voluerint magnū, cum
illis aut te congrega, qui te tuis pro-
prijs laudibus volunt excellere, quos
te corrigere errantem, & elatū ad o-
lescentia, & copia leuiter possint in-
flectere ad honestatē, grauitatē, tē-
perantiam, magnitudinē animi, ius-
ticiam, ad omnes deniq; virtutes,
quibus qui præditus est, vere ma-
gnus habendus est.

Et cura

Et cum tales homines tecū habue-
ris, ad doctos, prudentesq; illorum
sermone adde familiares, Philoso-
phorum libros, vt adiuuentis do-
ctrinæ cōfirmes adolescētiā & mē-
tem tuam illustres, ac tuum exco-
las ingenium, in quo natura insunt
virtutis, atq; sapientix semina, quod
neglectum vicia profert inimica vir-
tutibus.

Tales em̄ nos natura genuit, vt para-
uos nobis dederit rationis ignicu-
los, quos labore, studio, doctrina,
vtq; vsu rerum excitari in nobis vo-
luit, vt cursum vitæ sine offensione
conficere possimus. Quod si nos ex-
ercitationem virtutis, atq; doctri-
nam contemnamus, illi ipsi natura-
les igniculi in nobis facile malis mo-
ribus, & deprauatis vulgi opinionibus
restinguentur, vt postea vani-
tati, veritas, & opinioni, natura ipsa
cedat.

Quapros

Quapropter quoniã in summa pra
uitate, & puerilitate versamur, mu
ni quæso te aduersus populares ins
anias, falsasq; vulgi opiniones atq;
assentationes ratione & doctrina.
Sit dux vitæ tuæ philosophia, nõ so
lum hæc humana, sed multo etiam
magis illa diuina, quæ te doceat so
brie, iuste, ac pie viuere in hoc seculo
expectantem beatã spem, & aduẽ
tum gloriæ magni Dei, & saluator
ris nostri Iesu Christi.
Doctrina tibi ostendat, quæ sit ver
ra, & quæ sit falsa gloria, vera enim
gloria est consentiens laus bonorũ;
& incorrupta vox iudicãtiũ de ex
cellente virtute. Illa em̄ assentatio
quæ dementat diuites stultos, non
gloria, sed pœna peccati quædã est
existimanda, offundit em̄ arrogan
tium hominum animis caliginẽ, ac
furore illos complet, vt in dedecus
K proprium,

propriū, & in aliorum pernitiē fe-
ratur precipites, huic cupiditati no-
tētissimę, quā falsa parit gloria, doc-
trina frena inijcit, & extra prodire
ad nocendum illam non sinit, quā
doctrinam qui contemnunt, stulti
sunt. Salomone teste, suntq; homi-
nes improbi, ciuesq; nocentissimi.

Et ne philosopher in præsentia mul-
tis tecū, quod aliquando, si te hoc
genere doctrinę delectari intellexe-
ro, facturus sum Deo duce vberius,
parentem tibi tuum proponam, vt
in hoc ceu in illustri quodam mo-
numento, potissimum videas, quā
vim doctrina ad virtutem habeat,
putas tu patrem tuum natura tan-
tam præstantiam in omnibus pri-
uatis, & publicis rebus esse conse-
cutum, absq; præsidio doctrinæ. In-
fer oculos in tui patris recessus, in-
spice

spice Bibliotecas illius, plena libro-
rum optimorum, ac comentariorū
omnia reperies. In quibus manu pa-
tris tui ex doctissimorum virorum
scriptis, & institutis, omnis doctri-
na liberalis, omnis historia, omnis
bene viuendi ars est notata, atque
descripta.

Iam, quid est in arte militari positū
apud Turcas, Italos, Hispanos, Gal-
los, Germanos, Anglos, atq; Scytas,
qd' patris tui scientiā subterfugiat?
& quod in illius comentarijs nō re-
perias, iam leges, omnesq; admini-
stratiōes ciuiles quid habent, quod
pater tuus in comētarios nō refer-
rat? res ipsas medijs fidijs rusticis,
vt ad minora veniā, pater tuus ita
notatas habet, vt in agri cultionib9,
iugerum, dimensionibus, & illorum
facionibus, Catonis illi9 veteris imi-
tetur diligentia, vincat industriam.

K ij

Vides

Vides Ioannes Christophore in-
strumentum sapientiae patris tui, sis-
ne quo nemo vir magnus ad vllam
rem illustriorem potest accedere.

Remoue hæc à patre tuo, nullum sit
illi cum libris commercium, illa etiã
inexhausta auiditas legēdi ne sit in
illo, quanta tandem diminutio huius
viri, quantus casus, quanta tum
illius esset ruina nã te tũ patris tui
vehementer peniteret, cum videres
illum à vulgari sensu nihil differre.

Sed dices, quid? natura absq; do-
ctrina nihil ne ipsa per se in patre
meo valeret? si eas res spectes quas
pater tuus gessit, & adhuc gerit, na-
tura ipsa per se ad has tantas, tamq;
excellentes res efficiendas in patre
tuo parũ valeret omnino, quid ita?
quia ad res magnas efficiendas na-
tura

tura sine doctrina cæca est, doctrina
vero absq; natura est infirma. Itaq;
doctrina nature lumen est, natura
vero ipsius doctrinæ basis est, atq;
sedes.

Cumulatū ergo, & omni parte per-
fectum virum patrem tuum doctri-
na ipsa fecit, quam deinde vsus re-
rum maximarū subsecutus, intan-
tum honorem, tantamq; admira-
tionem patrē tuū extulit.

Ad hunc conuerte te queso, & in pa-
tris tui nomine acquiesce, hoc exi-
stimatore & iudice vitam tuam in-
stitue, ab hoc deniq; exemplum vi-
uēditibi sume, vt iniciū vitæ sum-
psisti, nemo tibi patre sit autor gra-
uior, neq; dux ad vitam cum digni-
tate degendam certior, hunc imitas-
re, huius exemplo barbari, hoc est,
indocti hominis nomen fuge.

Quandoquidem indoctus ho-

K ij mo ali

mo aliud nihil sit sapientissimis ho-
minibus visus, quàm viui hominis
sepultura, quod cum turpe in pri-
uato, tum in principe viro est tur-
pissimum. Viue ergo cum doctis,
amplectere homines eruditos, pete
philosophos, & ab his rationes be-
ne viuendi sume, vt te sic vitam in-
stituentē, non solum admiremur,
quod Ioannis Tarnouñ sis filius, sed
etiam laudemus, quod illi vita, &
moribus sis q̄ similimus.

Hæc habui quæ de nuptijs Tarno-
uñ & de illo vobis dicerem, vt
nō solū delectare sed etiā
docere, hic noster Pa-
negyricus velle vi-
deatur. Dixi.



CRACOVIAE

Apud Hæredes Marci Szarffens
berger Ciuis ac Bibliopolę Cra
couien. ANNOD.

M. D. LVIII.


GRACQVIAE


Apud Hancobes Marti Scaffer
berger Civis de Hildesbolde Civis


conuic. A. N. N. O. D.


M. D. LVIII


Ad
de











Biblioteka Jagiellońska



stdr0029217

Pracownia Konserwaf.
Bf
1974 r.

